



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio septima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. III. Distinctio. VII.

ergo quod sicut natura humana non transit in naturam accidentis, sic non aduenit accidentaliter per inheretiam personae diuinae.

7 Tertio modo potest dici aliquid aduenire accidentaliter, quia aduenit enti in actu completo absq; inherentia cedens in id secundum suppositum cum eo cui aduenit, sicut si ramus nouis infuratur arbori perfecte & hoc modo natura humana potest dici aduenire accidentaliter persona diuina, quia cedit in id secundum suppositum, & aduenit enti in actu completo absq; inherentia vnius ad alterum.

8 A D primum arg, dicendum quod omne quod affluit, ut instrumentum aduenit accidentaliter, sic quod differt secundum suppositum quanquam instrumenta omnia extrinsecum sunt huiusmodi. Sed in instrumento intrinsecum potest pertinere ad unitatem suppositi, sicut membra corporis sunt instrumenta operationum animae, quae tamen pertinent non solum ad unitatem suppositi, sed etiam ad unitatem essentiae hominis. Naturae autem humanae in Christo se habet, ut medio modo instrumentum, quia pertinet ad unitatem suppositi diuini, in qua excedit instrumento extrinseci, sed non pertinet ad unitatem essentiae suppositi diuini. Ut dictum est. Et ideo negatur quandoque esse instrumentum accipiendo pro instrumento extrinseci. Vnde Cirillus in epistola dicit ad Monachos Aegypti hunc Emanuelem, id est, Christum non tanquam instrumentum officio functionem dicit scriptura. Sed tanquam verum humanum, id est, factum hominem. Quandoque vero dicitur instrumentum accipiendo pro instrumento coniuncto ad unitatem suppositi non naturae, & sic loquitur Damas, in autoritate praetulga.

9 Ad secundum dicendum quod natura humana in Christo quanquam non adueniat verbo extrinseci per modum habitus, comparatur tamen habitui propter duo. Primum est quia aduenit persona diuina post esse completerum & ut quedam substantia non inherens, sicut vestis est quaedam substantia quae aduenit homini in esse completo. Secundum est quia vestimentum cooptatur & aliquo modo mutatur secundum figuram corporis, sicut natura humana coaptatur, & aliquo modo mutatur secundum congruentiam diuinae personae, quia caret proprio subsistere & inexistit in persona diuina prout persona diuina congruit.

10 A R G V M E N T V M in oppositum bene probat quod natura humana non transit in naturam accidentis, neque adueniat aliqui per inheretiam. Sed non probat quoniam possit aduenire accidentaliter quantum ad hoc quod adueniat enti in actu.

Sententia huius distinctionis. VII.

in generali & speciali.

Secundum vero primam opinionem. Superioris Magister posuit opiniones de modo unionis. Hic vero determinat qualiter propositiones intelligi debent in quibus uno significatur. Et dividitur in quatuor. Primum exponit eas secundum primam opinionem. Secundum secundum secundam ibi. In secunda vero sententia. Tertiò secundum tertiam ibi. In hac etiam sententia. Quartò relinquitur auditori iudicium de predictis ibi. Sacis diligenter. Secunda dividitur in duas, quia primo ponit secundam opinionis responsionem ibi. In secunda vero. Secundò ponit contra eam, & soluit ibi. Sed his videntur aduerfar. Tertia pars principialis qui incipit ibi. In hac vero sententia, dividitur in duas, quia primo ponit responsionem ad questionem principalem. Secundò mouet incidentem dubitationem, & soluit secundum illam opinionem ibi, secundum istos. Haec est divisio lectionis.

2 SENTENTIA est ista, dicit Magister quod secundum opinionem primam quae ponit pluralitatem suppositorum, ista sunt verae Deus factus est homo & homo factus est Deus, quia non per naturam, sed per gratiam adoptionis unum dicitur esse alterum, & sic Deus factus est de novo quedam substantia: & quedam substantia facta est Deus, quod tamen non erat prius. Quod confirmatur per dictum Origonis qui dicit factus est Deus qui prius non erat secundum carnem. Secundì vero secundam opinionem quae ponit tantum unum suppositum sensus est, Deus factus est homo, quia factus est subsistens in duabus naturis diuinæ sicut & humana, & homo factus est Deus, quia subsistens

Quæstio I.

226

in natura humana est Deus. Et sic persona filii post incarnationem est composite quæ prius erat simplex secundum eandem opinionem, filius Dei inquantum homo est praedestinatus, non inquantum Deus. Et respondet isti ad alias auctoritates quæ videntur esse pro prima opinione ut cum legitur assumptus à verbo, ibi enim accipitur homo pro humana natura, non pro supposito, dicit etiam secunda opinio quod sicut est una persona Dei & hominis & non alia & alia, sic Deus & homo non sunt aliud & aliud. Postea obicit contra hoc, & adducit quasdam auctoritates Aug. quæ dicunt quod aliud est verbum Dei, aliud est homo, aliud est filius Dei, aliud filius hominis, & non aliud. Ad hoc responderet quod per illa verba non significatur pluralitas per sonarum sed naturarum, quia alterius naturæ est Christus in quantum Deus & in quantum homo quod confirmat per Ioannem Damascenum qui etiam dicit personam verbis post incarnationem esse composite. Et idem confirmat per Hilarium. Simili modo determinat quasdam auctoritates Aug. Poitea obicit per Aug. contra illud quod dictum est personam verbis esse composite. Dicit enim Aug. quod Deus, vel homo non est pars illius personæ & sic persona non videtur ex eis composta. Et respondeat quod non est tanta quam ex paribus constituentibus personam. Sed est quædam alia inexplicabilis compositione. Postea dicit quod secundum opinionem tertiam cum dicitur Deus factus est homo, vel humanus intelligentem est secundum habendum sicut dicitur homo induitus. Similiter cum dicitur filius Dei praedestinatus est esse homo vel homo est praedestinatus esse filius Dei, sub hoc sensu est intelligentem, quia praedestinatus est a Deo ab eterno quod Deus sit homo & quod homo sit Deus, subdit etiam quod licet bene dicatur quod homo sit Deus, non tamen dicitur quod ille homo scilicet Christus sit homo diuinitus. Ultimum excusat se à determinatione istarum opinionum & committit ius dicuum auditori. Haec est sententia lectionis, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum ista sit vera Deus factus est homo.

Thos. 3. q. 16. ar. 6.

Circa distinctionem septimam, primò queritur de locutionibus exprimitibus incarnationem. Et primò queritur vtrum ista sit vera Deus factus est homo. Et ait agitur quod non quia qui non est factus, non est factus homo à destructione superioris, sed Deus non est factus, ergo Deus non est factus homo.

1 Item si Deus factus est homo, Deus est homo: quia in permanentibus res est quando facta est, sed Deus non est homo, ergo non est factus homo. Probatissimum si haec esset vera, Deus est homo, aut esset vera per se, aut per accidentem: non per se, quia in omni propositione per se prædicatum dicitur de omni eo de quo dicitur subiectum. Sed homo non dicitur de omni eo de quo dicitur Deus, quia Pater dicitur deus, nec tam dicitur homo, ergo ista deus est homo non est vera per se, nec per accidentem, quia omnis prædictio per accidentem, vel est vera ratione inheretiae prædicti ad subiectum, vel ratione extrinseci denominationis, sed natura humana non inest diuina, nec advenit extrinseci: ut patet ex precedenti questione, ergo non est vera per accidentem.

2 Item fieri hominem aut attribuitur Deo, ut subiectum, aut ut termino: non ut subiecto, quia omne fieri in subiecto supposito mutari, Deus autem immutabilis est, nec ut termino, quia terminus actionis non precedit actionem. Sed Deus præcessit hoc quod est fieri hominem, ergo non potest ipsi attribui ut termino, ergo nullo modo.

3 IN contrarium est quod dicitur Ioan. i. Verbum caro factum est, id est, filius Dei factus est homo, & in symbolo Niceno dicitur de filio Dei quod homo factus est.

4 R E S P O N S I O. Duo sunt facienda circa questionem istam, quia primò excludetur sensus in propriis secundum quem aliqui verificare has propositiones, Deus factus est homo, & homo factus est Deus, & secundo declarato quis sit sensus proprius inquiretur de veritate eius secundum illum sensum.

5 Q U A N T V M ad primum sciendum est quod alii qui dicunt, quod ly factus est potest esse determinatio totius compositionis, ut sit sensus Deus est factus homo, &

FF 2 homo

Magistri Durandi de

homo factus est Deus, hoc est, factum est quod Deus est homo, & homo est Deus, & in hoc sensu vera est vtraque propositio, & sic loquitur beatus Aug. vbi dicit, quod talis fuit illa vno qua faceret Deum hominem, & hominem Deum: quia per illam vniōem factum est, & Deus est homo, & homo Deus. Alio modo ly factum potest determinare solum subiectum, vel solum predicatum, ut sit sensus Deus factus est homo, vel homo factus est Deus & similiiter ex parte predicati Deus est homo factus, vel homo est Deus factus, & in hoc sensu vtraque propositio falsa est, quia ponit factiōē simpliciter circa suppositum diuinum quod importatur nomine Dei, vel nomine hominis in supposito. Est autē ibi falsitas, nō propter principale compositionem, Sed propter falsam implicationem ex parte subiecti, vel predicati, sicut ita est falsa. Sortes albus currit dato quod curreret non esset tamen albus.

7 Neutrūm autē sītōrum est bēnē dīctūm. Non p̄m̄ia quia lī factus ēt, non ēt de his q̄determināt cōpositiōnē; sicut possiblē, nēcessariū, vel cōtingēns; & ideo nō est propriē resolutiō sītārū propōsiōnā. Deus factus ēt homo, vel homo factus ēt deus in hanc factū ēt quod Deus sit homo, vel homo Deus quānius Aug. iti modē vtratur. Nec secūdūm valet, quia hoc totū factus ēt locum tenet vniū copulā verbalis. Est enim suppletio præterit huius verbī fīo sī. Et idēc sicut pro instanti carnatiōnīs quereremus de istā Deus sit homo, vel homo fit deus, ita quod ly fit esset copula pura verbalis coniungens subiectū cum predicato & nō esset determinatio predicitā, vel subiecti: ita pro nunc quærtūm vtrum hæc sit vera. Deus factus ēt homo, vtendo hoc toto factus ēt pro sola copula verbali quāmo non licet diuidere. Sic vt ly factus sit determinatio predicitā, vel subiecti: & ly ēt fit copula quæmodūm alii dicunt. Sed hoc totū factus ēt, est solum vna copula, & sic patet primum.

³ Q.V.A.N.T V.M ad secundum dicendum q̄ hæc est
vera deus factus est homo, quod patet sic: omnem quod nūc
est aliquid quod prius non ruit potest dici facta illud, sed
filius Dei nunc est homo, & quandoq; prius non fuit ho-
mo, ergo potest dici q̄ filius Dei, vel Deus factus est ho-
mo. Ad cuius ampliorē declarationē norandum est qd̄ quo-
sierit, vel factum esse quandoq; attribuitur alicui absolute
sine determinatione aliqua, vt si dicatur: Sortes factus es
quandoq; verò cum determinatione addita, vt si dicatur:
Sortes factus est albus, vel Sortes factus est mihi prop̄.
Primo modo illud cui attribuitur fieri, vel factum esse effi-
terminus, vel intrinsecè includit terminū factonis, quia
cum factio non possit esse sine aliquo termino. (Alioquin
estet aliqua factio per quam nihil fieri) vbi autem fieri
vel facta esse attribuitur alicui absolute nihil est ibi præ-
ter factonem, nisi illud cui factio attribuitur, ideo necesse
sarium est quod illud sit factonis terminus, vel intrinsecè
includat terminum. Itso autem modo non potest fieri, vel
factum esse attribui Deo. Cuius ratio est, quia cui non po-
test attribui esse terminum factonis, vel includere ipsum
intrinsecè illi non potest attribui absolute fieri, vel factum
esse, sed Deus est huiusmodi, ergo &c. Maior patet ex dis-
citis. Minor probatur, quia factio terminatus ad aliquod
esse acquisitionis per factonem. Sed per hoc nomen Deus
non importatur aliiquid esse acquisitionis per factonem, eu-
go Deus non potest esse terminus factonis, & hæc fuit
minor, sequitur ergo conclusio.

⁹ Alio modo attributur alicui fieri, vel factū esse cum determinatione addita. Quod contingit duplī cetero, uno modo quando illa determinatio est subiectū inherens, sicut dicitur: Sortes fieri albus, & tunc illud cui attribuitur se habet in ratione subiectū respectu factōis & determinationis quae est terminus factōis, ut patet in exemplō iam dicto de Sorte albo, & hoc modo non potest fieri, vel factū esse conuenire Deo, quia omne quod se habet ad factōnem & terminum factōis tanquam subiectū veretur, per factōnem. Sed Deus est omnino immutabilis, ergo ipsis non potest attribui fieri, vel factū esse hoc modo. Alio modo quando illa determinatio non habet inherenter, sed relativē: ut si dicatur quid Sortes est factū mīhi prop̄, & tunc non oportet quid omne illud cui attribuitur fieri, vel factū esse sit terminus vel subiectū factōis. Sed sufficit quid sit extrellum relationis, qua-

Santo Porciano

potest vni aduenire sine mutatione sui ex mutatione anterius, sicut ergo factus propositum Sortem ex sola mutatione Sortis, quia venit ad me & sic est in proposito. Cum enim dicitur Deus factus est homo, fieri non attributur Deo ab solle, nec attribuitur ei cum determinatione inherente, sed cum determinatione respectiva, quae est realiter humana natura, ex eo quod non habet proprium subsistere, sed dependet ad personam diuinam in persona auctoritatis diuinae et solum secundum rationem, & sic pater quod ista est vera Deus factus est homo.

¹⁰ A D primum argu. dicendum quod non sequitur Deus non est factus, ergo non est factus homo, nec est locus dialecticus a superiori ad inferius negado, sed potius est fallacia secundum quid ad simpliciter, quia fieri sumptuoso accipitur pro fieri simpliciter, sumptuoso autem cum determinatione tenetur pro fieri secundum conditionem determinationis, licet autem natura humana de supposito generis proprii esse simpliciter. Tamen supposito diuino dat solum esse secundum quid, quia aduenit & in actu perfecto. Et ideo cum infurter Deus non est factus, ergo non est factus homo, negatur factio secundum quid ex negatione factiosum simpliciter. Si autem fieri absolue sumptuoso teneretur pro fieri quod est commune ad fieri simpliciter, & secundum quid, tunc ex negatione eius absoluta posset inferri negatio cuiuslibet fieri simpliciter, & secundum quid, sed modus loquendi hoc non habet.

ii A secundum dicendum quod ista est vera Deus est homo, ut patet ex praecedentibus. Et cum dicatur aut est vera per se, aut per accidentem. Respondetur communiter quod si attributum ad suppositum sic est per se, quia suppositum habens deitatem idem per essentiam est et habens humanitatem. Sed quantum ad formas importatas per terminos est per accidentem. Quia Deus secundum quod Deus, sicut in eo quod habens deitatem non est homo. Si enim Deus secundum quod Deus est homo, Deus non posset non esse homo quod est falsum. Quod autem istorum proprietas sit dicendum, puto quod magis proprius posset dici per accidentem quam per se, quia omnis propositio vera per se, vera est cum reduplicacione termini supra se. Sicut homo secundum quod homo est animal, & secundum quod homo est rationalis, quia illud quod importatur formaliter per subiectum est ratio inherenter praedicati cum subiecto. Sed non potest dici quod Deus secundum quod deus est homo, quia quod importatur formaliter in nomine Dei non est ratio conuentientiae praedicari cum subiecto, sed sola vnitatis suppositionis, que etiam in propositionibus per accidentem est tota causa verificationis. Propter quod talis propositio magis est dicta per accidentem quam per se, non propter hoc quod humana natura sit accidentis, aut aduenientia inherenter vel extrinsecus ad modum habitat, sed quia aduenit enti in actu, nec formaliter importatur nomine hominis, illud quod formaliter importatur nomine Dei, nec econvenit.

12 Ad tertium dicendum quod cum dicitur Deus factus est homo, fieri non attribuitur Deo ut subiecto factonis, nec ut termino acquistio per factiem, sed attribuitur ei ut extremo ad quod terminus factios realm habens in ditione ratione cuius attribuitur ipsi fieri non simpliciter, nec per inhaeretiam, sed per habitudinem relatiuum sicut declaratum fuit prius.

QVÆSTIO SECVNDA

Vtrum hæc propositio sit vera homo factus est Deus.

Thos.3.q.16.ar.7.

Secundò queritur, vtrum hæc propositio sit vera, hoc
mo est factus Deus. Et videtur quod sic: quia ista deus
factus est homo cōtūrter in hanc homo factus est deus,
sed prima est vera, vt patet ex precedenti questione, ergo
& secunda vera, scilicet homo factus est Deus.

2 Item omne quod nunc est aliquid quod non fuit prius potest dici factum illud. Sed homo nunc est Deus, & non semper fuit Deus, ergo vere potest dici quod homo factus est Deus.

factus est Deus.
3 Item in incarnatione factio, vel mutatio magis at-
tribuitur natura humana quam diuina. Si ergo illa veri-
ficatur Deus factus est homo, multo magis (ut videtur)
potest ista verificari homo factus est Deus.

Lib. III. Distinctio. VII.

4 IN contrarium arguitur: quia aut homo tenetur pro natura, aut pro persona. Si pro natura non potest verificari: quia illa non est facta Deus. Si pro persona idem sequitur: quia persona Christi hominis non est facta Deus, sed semper fuit Deus, igitur &c.

5 R E S P O N S I O . Si ly factus esset propriè determinatio compositionis, tunc ista esset vera & propria homo est factus Deus: quia per incarnationem factum est quod hic sit vera homo est Deus, sicut ista Deus est homo. Item si ly factus est diuidetur, ita ut ly factus esset determinatio subiecti, & ly est esset copula proprii, adhuc ista posset magis verificari homo factus est Deus, quam ista Deus factus est hoc mo sub hoc sensu, homo factus est Deus, id est, ille qui factus est homo, est Deus quod est verus: quia filius Dei qui factus est homo est Deus, ita quod esset praedicta implicatio circa subiectum, sed illa deus factus est homo, non posset isto modo verificari: quia sensus est, ille qui factus est Deus est homo, & haec est falsa propter falsam implicationem circa subiectum. Sed quia neuter istorum modorum est proprius, ut dictum fuit in precedenti questione, ideo & si secundum praedictos modos ista homo factus est Deus posset dici vera, non tamen propria.

6 Secundum autem tertium modum, qui solus est proprius praedicta propositionis non potest verificari propter duo. Primum est, quia quando aliqui attribuunt fieri non ab solute, sed cum determinatione oportet quod illud preexistat saltem secundum naturam factio, vel determinationem: vegetat in ambobus modis immediate dictis. Sed homo non praexistit, nec natura, nec tempore ei quod est hominem fieri, vel esse Deum: quia licet humanitas fuerit prius ordine natura, q̄ uita verbo, tamē non prius fuit homo quod est nomen suppositi, quā fuerit hominem esse Deum, sed simul: propter quod ista est falsa homo factus est Deus. Itē omnis propositionis vera de praterito fuit aliquando vera de presenti. Sed ista homo factus est Deus, est de praterito, cui respōderet ista homo fit Deus tamē de presenti. Sed ista nunquam fuit vera pro aliquo presenti homo fit deus: ergo ista qua est de praterito homo factus est Deus non est vera, quod autem ista nunquam fuerit vera homo fit Deus: patet quia quod homo est nomen suppositi, sed nullum suppositum factum est Deus, ergo &c.

7 A D primū argumentū dicendum quod ista Deus factus est homo non conuerit in hanc homo factus est Deus, sed in hanc ille qui factus est homo est Deus, quae est vera sicut & prima.

8 Ad secundum dicendum per interemptionem minoris: quia homo de quo verificatur nāc quod sit Deus, semper fuit Deus: quia, hoc est suppositum filii.

9 Ad tertium dicendum q̄ licet in incarnatione non sit mutata natura diuina, sed humana, tamē quia nomen hominis importat suppositum habens naturā humānā, & il lud non praexistit ei quod est fieri Deum, sicut esse Deum praexistit ei quod est fieri hominem ideo ista verificatur Deus factus est homo, & non illa homo factus est Deus.

Q V E S T I O T E R T I A .

Vtrum haec sit vera filius Dei praedestinatus est esse homo.

Tb. 3. q. 24. art. 1. q. 2.

Tertiū queritur virum hac sit vera filius Dei praedestinatus est esse homo. Et videtur quod sic: quia ista magis debet verificari, filius Dei praedestinatus est esse homo, quam ista homo praedestinatus est esse filius Dei, sed ista secunda est vera, ergo à fortiori ratione prima, maior patet: quia sicut magis verificamus istam, filius Dei factus est homo, q̄ istam homo factus est filius Dei. Ita debemus magis verificare istam, homo praedestinatus est esse filius Dei. Minor probatur per Apostolum Rom. i. qui loquens de Christo dicit. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, id est homo, qui scilicet homo praedestinatus est filius Dei in virtute, ergo secundum istum ista est vera iste homo (demonstrato Christo) praedestinatus est esse filius Dei, igitur &c.

2 Item factus in tempore non per naturā, sed per gratiā à Deo praevisum & præordinatum est praedestinatus. Sed factum est in tempore, q̄ deus est homo & homo est deus non per naturā, sed per gratiā uionis & hoc fuit à deo

Quæstio III.

227

prævisum, & præordinatum: ergo praedestinatus est, igitur utrāq; est vera, haec filius Dei praedestinatus est esse homo & haec homo praedestinatus est esse filius Dei.

3 IN contrarium arguitur, quia homo non dicitur equiūtioē de filio Dei, & aliis hominibus, pura Petro vel Ioan ine. Sed de nullo alio potest dici, quod sit praedestinatus esse homo, non enim bene diceretur Petrus praedestinatus est esse homo, ergo nec illud debet dici de filio Dei.

4 R E S P O N S I O . primo dicenda sunt aliqua de ratione praedestinationis. Et secundū videbitur an dicta subiectio possint verificari:

5 Q U A N T U M ad primum sciendū est, q̄ praedestinatio potest accipi absolute, vt dicendo Petrus est praedestinatus, vel cum aliqua determinatiōe. Primo modo praedestinatio, est præordinationis diuina conferendā alicui in tempore illa quā sufficienter perducant ipsum in beatitudinem. Quando autē praedestinationi additur aliqua determinatio, tunc importat præordinationē diuinam in illud quod per determinationem additur, ut si dicatur: Petrus fuit praedestinatus esse princeps Ap̄stolorū. Vtrobīc; autem de ratione praedestinationis sunt tria. Primum est, q̄ illud ad quod aliquis dicitur praedestinari aliquando ei conuenient. Aliquin praedestinatio non haberet certitudinem. Secundum est, q̄od conueniat ei non ex se, sed ex alterius dono gratuito: quia praedestinatio propriè est eorum ad quae virtus propria non attingit. Tertium est, q̄ illud ad quod aliquis praedestinatur sequatur praedestinationem, & praedestinatum, praedestinationē quidem: quia praedestinatio ratione præpositionis (qua est præ) importat antecedentem ad illud de quo est, praedestinatum vero, quia illud ad quod aliquis praedestinatur conuenit ei per gratiam & ideo supponit ipsum: sicut gratia supponit naturam, & haec de primo.

6 Q U A N T U M ad secundū dicendum, q̄ si esse praedestinatum sumatur absolute, tunc non conuenit filio dei nisi cum reduplicatione expressa, vel subintellecta hac, sc̄i licet inquantū homo: vt dicatur, vel saltem intelligatur filius Dei secundū quod homo est praedestinatus. Cuius ratio est, quia praedestinari absolute est destinari ad beatitudinem per alterius donis fibi in tempore gratis collatis. Sed illud non cōpetit filio Dei inquantum huiusmodi: quia non destinatur ad beatitudinem cam ipsa sit sua beatitudo, nec recipit ex tempore aliquod donū per quod in beatitudinem tenderet, ergo ipsi non cōpetit esse praedestinatum: vnde ibi deficitur duas conditiones praedestinationis, quia beatitudine quā habet filius Dei non conuenit ei per gratiam, sed per naturā, nec sequitur ipsum tempore, vel natura, cōm sit uita natura, quare &c. Si autem dicatur filius Dei secundū quod homo est praedestinatus, vera est: quia beatitudine creata conuenit filio Dei secundū quod homo est, & conuenit ei ex gratuito dono Dei, & sequitur ipsum saltem ordinē natura. Propter quod ibi concurrunt omnes cōditiones praedestinationis prius posita. Ex quo sequitur, quod propostio illa vera sit.

7 Si autē sumatur praedestinatum nō absolute, sed cum determinatione sicut sumitur in propositione de qua quæritur, sic dicendum q̄ prædicta propositiones simpliciter non sunt neganda tanguā in omni sensu falso. Quia tam scriptura sacra, q̄ sancti & Doctores alii vñ sunt talibus propositionibus, quia cū scripture & sancti in dictis suis non semper seruauerunt omnimodam proprietatem loci, in quo quandoque vñ sunt nomine patris pro toto. Exod. i. Omnes anima que egressa sunt de semine Israhel, ibi sumuntur anima pro homine, & Ioan. i. Verbum caro factum est, id est, homo. Et Augu. frequenter sumit suppositum pro natura, vt vñcū dicit hominē alium pūm à verbo, id est, humanitatem.

8 Ideo de propositionibus, de quibus est quæstio. Dicendum est q̄ non sunt propriæ omnino, licet in aliquo sensu sint vera. Inter illas tamē magis est impropria haec, homo praedestinatus est esse filius dei, q̄ ista filius Dei praedestinatus est esse homo. Quod autem neutra istarum sit omnino propriæ patet, & primò de ista filius Dei praedestinatus est esse homo, quia illud quod cōuenit alicui proprio virtute & non ex dono gratuito non cōuenit ei proprio per aliquam praedestinationem, sed esse hominē conuenit filio Dei per assumptionem humānā nature, qua-

FF 2 facta

Magistri Durandi de

facta est virtute filii que quidem virtus communis est Filio, Patri, & Spiritui sancto, & non per aliquod doni gratiarum collatum. Filio ergo esse hominem non competit ei proprius per aliquam prædestinationem, minor pater de se. Maior sumiliter manifesta est, quia una de conditionibus prædestinationis est, quod id ad quod aliquis prædestinatur conueniat ei ex aliquo dono gratuito, & non virtute propria.

Quod autem altera sit minus propria (hæc scilicet) homo prædestinatus est esse filius Dei, probatur sic, illud quod conuenit alicui, nec sequitur ipsum natura, vel tempore non conuenit ei per prædestinationem, sed esse filium Dei non sequitur hominem de quo prædicatur, nec natura, nec tempore ut dictum fuit in quaestione, ergo non conuenit ei per prædestinationem. Non potest ergo vere & propriè dici quod homo sit prædestinatus esse filius dei, & minus potest hoc dici quod filius dei sit prædestinatus esse homo, quia quo minus haec sit propria solum obstat quod esse hominem conuenit filio Dei per aliquod factum propriæ virtutis eius, nihilominus tamen illud est factum gratiae, quia unio naturæ humanae cum supposito diuino est factum mere gratiæ. Et ideo potest aliquo modo tolerari quod conueniat ei per gratiam. Sed in alia propositione obuiat totaliter terra conditio prædestinationis, scilicet quod illud ad quod aliquis prædestinatur sequatur ipsum factum ordinis naturæ obuiat etiam aliquo modo secunda conditio, quia cum homo sit nomen suppositi quod non est in Christo nisi unum tantum, & illud per naturam habet quod sit filius Dei, non potest ipsi competere per gratiam, sed si competere ei in quantum homo est per gratiam unitio, quia tamen illa unitio per virtutem suppositi quod importatur nomine hominis, ideo adhuc remanet eadem proprietas quatuor ad secundam conditionem prædestinationis.

10. Pater ergo quod neutra dictarum propositionum est omnino propria, proprie tamen dicereur quod humana natura fuit prædestinata uniti filio Dei, & quia ex ratione unitio verificantur haec propositiones Deus est homo, & homo est Deus, ideo potest dici quod prædestinatum fuit Deum esse hominem, & hominem Deum esse, sed ex hoc non sequitur quod priores propositiones sint verae & propriae, sicut non sequitur factum est quod homo est deus, ergo homo factus est Deus, quia factum esse, vel prædestinatum esse non sunt determinations compositionis, vel dictum fuit in precedenti questione.

11. AD primum argu, dicendum quod minor propositione qui sumitur ex dicto Apostoli potest exponi sicut putat Origenes sic (scilicet) qui factus est ex semine David secundum carnem, id est, qui factus est homo qui homo prædestinatus est ut sit ibi punctus, est filius Dei in virtute, & sic sensus quod Christus inquantu homo est prædestinatus, & nihilominus est filius Dei ratione suppositi, & iste sensus non concludit quod ista sit vera homo est prædestinatus esse filius Dei. Alio modo potest dici quod secundum consuetudinem scripturae aliquid dicitur fieri quodam insinuatur, hoc ergo quod est esse filius Dei potest accipi duplice vel secundum rei veritatem, vel secundum evidenter, seu manifestationem, si primo modo sic falsa est vel non est propriæ propter rationem quae dicta fuit. Si secundo modo sic est vera, & est sensus, hic homo prædestinatus est esse filius Dei (id est) ut appareat evidenter esse filius Dei, quod factum fuit præcipue in resurrectione, unde & ipsa tunc dixit data est mihi omnis potest in celo & in terra, Mat. v. 18. Et hæc expostio videtur concordare textui sequenti, sequitur enim post prædicta verba. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.

12. Ad secundum dicendum quod unitio naturæ humanae cum divina persona quæ facta est in tempore per gloriam, & preordinata à Deo ab æternō vere potest dici prædestinata est qua unitio sequitur verificatio illarum propositionum. Deus est homo, & homo est deus, sed non propter hoc sequitur quod illa propositiones sint verae filius Dei prædestinatus est esse homo, &c. Nisi sub illo sensu in proprio prædestinatum est quod Deus sit homo & homo Deus. Prædestination enim est præordinatio factorum non verificationis propositionum quanvis ex factis sequatur aliquarum propositionum verificatio.

13. ARGVMENTVM vero in opositum licet ut

Sancto Porciano

ad veram conclusionem tamen deficit, quia non est simile de hac propositione. Deus prædestinatus est esse homo & Petrus prædestinatus est esse homo, quia homo & Petrus dicunt idem supposito & natura, idem autem non prædestinatur ad seipsum nomine autem hominis & Dei non idem importatur formaliter quo ad naturam. Et quoniam homo non dicatur equivoce de Christo & de Petro attingendo ad naturam humanam que est eiusdem rationis in utroq; attendo tamen ad suppositum dicitur de eis equivoce vel saltem analogice.

Sententia huius distinctionis. VIII.
in generali & speciali.

P Ost predicta inquirendum. Superioris determinatio
Magister de his qua conueniunt Deo incarnato, quæ sunt experientia unitio, Hic determinat de aliis que sunt consequentia ipsam unitio. Et dividitur in duas, Primum determinat quid conueniat naturæ diuina, ex unitio vniorum ad alteram. Secundum determinat de his que conueniunt personæ diuinae, ratione naturæ assumptæ dist. i. Soleretiam quibusdam inquiret. Prima in duas, Primum determinat quid conueniat naturæ diuina, ex unitio ad humanam, Secundum, quid conueniat naturæ humana, ex unitio ad diuinam d. Præterea inuestigari oportet. Prima in duas, Primum enim inquirit virtutum diuina naturæ ex unitio ad humanam debeat dici natura. Secundum autem ad Christus ratione duplicis naturæ, posset dici bina natura, quæ queri solet. Haec est diuisio, &c.

2. IN speciali sic procedit, & primò proponit questionem, ut natura diuina debeat dici natura, sicut incarnata. Et ostenditur primum, quod non, quia non dicitur natura de patre, ergo non debet dici natura de virginie. Postea ostendit contrarium, quia natura diuina assumptæ humanæ naturam, ergo natura diuina debeat dici natura. Et respondet Magister, quod si intelligatur natura pro persona. Dicendum quod sic fuit natura, sed si intelligatur natura diuina pro effectu. Dicendum quod non, unde ubi cuncte inueniuntur naturæ diuinae naturæ debeat intelligi natura pro persona. Postea queritur virtus Christus debeat dici bis natura, sicut dicitur Dei filius & hominis, & respondet quod sunt ipsius duæ naturæ, habuit enim æternam & temporalem unitatem, quia fuit Patri coeternus, & in seculo natus. Quod confirmat autoritate Augustini & Damasceni. Et in hoc terminatur, &c.

Q U A S T I O PRIMA.
Vtrum naturæ competit naturæ an personæ.

Thos. p. q. 35. art. 2.

C irca distinctionem istam queruntur tria. Primum cui competit naturæ, utrum naturæ an personæ. Secundum, utrum in Christo fuerint duæ naturæ. Tertium, utrum in Christo sint duæ filiationes. Ad primum sic procedit. Et videtur quod naturæ humanae coperat naturæ, quia denominatio sit secundum conuenientiam, sed natura à nascendo nomen suscepit, ut habetur, & mera ergo ipsi propriè competit naturæ.

2. Item illud propriæ nascitur quod per natuitatem accipit esse, sed per temporalem natuitatem Christi persona non accipit esse, sed natura humana, ergo videtur quod naturæ magis competit naturæ quam persona.

3. IN contrarium est quod dicit Damasc. lib. 3. nasci est hypostasis non natura.

4. R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo. Primum est quia sit naturæ. Secundum est cui conueniat.

5. Q U A N T U M. ad primum sciendū est, quod cum generari cōmune sit omnibus, quæ per viam naturæ procedunt de non esse ad esse, naturæ tamē competit solum viuentibus quorum generatio sortitur triplex nomē secundum specialia quæ inueniuntur in ea. Primum enim spes, scilicet quod inueniuntur in generatione viuentium est quod aliquid descendit a generante quod est principium generationis, scilicet semen, vel aliquid loco feminis. Secundum est, quod generatio viuentium est per modum exitus cuiusdam à generante, & secundum sequitur ad primum. Tertium est, quod viuentia quandam colligationem habent ad principium suæ generationis, sicut colligatur fructus